Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36520
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Inpositum. natura soli
pelagiq; poliq;
Ut famulans homini locupletem
fundere partum.
Nossæ. æ effusum terreno
addicere regi.
Inflauit fermento animi
stomachante tumorem.
Bestia. deq; acidis
uim traxit acerba medullis.
Bestia corde carens
cui tunc sapientia longi.
Corporis enodem seruabat
recta iuuentam.
Complicat ecce nouos
sinuoso pectore nexus.
Inuoluens nitidam spiris
torquentibus aluam.
Simplex lingua prius.
uaria micat arte loquendi.
Et discissa dolis. resonat
sermone trisulco.
Hinc natale caput
uitiorum principe abillo.
Fluxit origo mali
qui se corrumpere primum.
Mox hominem didicit
nullo informante magistro.
Ultimus exitium sub uerso
preside mundus.
Sortitur mundiq; omnis
labefacta suppellex.

Non aliter quam
cum incautum spoliare uiantem.
Forte latro aggressus
prede prius in memor ipsum.
Ense ferit dñm.
pugne nodumq; moramq;
Quo peunte trahat
captiuos uictor amictus.
Iam non obstanti
locuples de corpore predo.
Sic hominis subiecta
domus. ditissimus orbis.
Scilicæ infacilem dño
peccante ruinam.
Lapsus. herile malum
iam tunc uitiabilis hausit.
Tunc loliũ lappasq;
leues. p adultera culta.
Ferre malignus ager
glebis male pinguibus ausus.
Triticeam uacuis segetem
uiolauit auenis.
Tunc etiam innocuo
uitulorum sanguine pasci.
Iam iugo edomitos
rictu laniare iu uencos.
Occiso pastore truces
didic[illegible]cere leones.
Nec non æ querulis
balatibus irritatus.
Plenas nocte lupus
studuit perrumpere caulas.

didice